UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viridarivm Sanctorvm

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue] passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

Rader, Matthäus

Avgvstae Vindelicorvm, 1607

S. Thallelævs M.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43013

Visual Library

S. THALLELÆVS M. 2. Maij.

NVmeriani æuo vixit hic à Libano profectus, patre Verucio, matre Romulia oriundus. primum medendi diſciplinæ deditus. Azarbi, quæ fuit altera Ciliciæ prouincia in luco olearum abditus. Captus ad Theodorum præſidē deducitur, quem vt vidit adigi non poſſe, vt Diis faceret, talos illius traiici, & à pedibus ſuſpendi imperat. Sed neſcio qua diuina vi carnifices, velut de ſtatu mentis deiecti tignum terebratum ſuſpendunt, qui & pœnas dederunt, quaſi magiſtratui illuſiſſe viſi, Deinde in mare ſpargi jllum præcepit, vnde ſaluus & niuea tectus veſte exiuit. Tandem conceſſus feris, cum nec ab illis læderetur, Edeſſe Argeorum oppido, capite plectitur. *Vide Palladium.*

ANNOTATIO.

HIc ipſe fuit quem laudat Theodoretus in hiſt. SS. patrum c. 28. quamquam nondum martyrem: nec diuerſum reor Ioannis Moſchi c. 59. alium tamen, de quo idem c. 91.

S. BASILISCVS M.

22. Maij. *Vide Martyr. Romā. & Menologium.*

MAximiani imperio floruit hic, è ditione Chumialorum regionis Amaſeæ, conſobrinus magni illius Theodori Tironis, Iam antea quoque cum S. Eutropio &